



# **Disputatio juridica quadragesima-septima, ad Tit. 1. 2. 3. & 4. Lib. 39. Pand.**

<https://hdl.handle.net/1874/341629>

DISPUTATIO JURIDICA

QUADRAGESIMA-SEPTIMA,

A. D.

Tit. 1. 2. 3. & 4. Lib. 39. Pand.

Q V A M

FAVENTE DEO OPT. MAX.

SUB PRÆSIDIO

*Clarissimi Consultissimique Viri,*

D. CYPRINI REGNERI ab OOSTERGA,

J. U. D. nec non ejusdem facultatis in Illustri

Acad. Traject. Professoris Pandect.

*Publico subjicit examini*

JOHANNES VANDER STRATEN, Ultrajectin.

*Ad diem 18. Decembris, horâ locoque solitis.*



TRAJECTI AD RHENUM,  
TYPIS Gisberti à Zjll, & Theodori ab Ackersdijck,

cl. l. c. lll.

*Gravissimis & Consultissimis Viris,*

D. JOHANNI VANDER STRATEN, JCo. &  
Curia hujus Provinc. Ultraject. Senatori, Parenti suo quoad  
vivat filiali amore & honore prosequendo.

D. GULIELMO VANDER STRATEN, M.D.  
& Celsissimi Principis Med. Ordinario, Patruo suo in æter-  
num colendo.

D. JACOBO HAMEL, J.V.D. & Societatis  
Indiae Occidentalis Expresso, Curiaque Hollandia cau-  
sarum Patrono disertissimo, Avunculo suo plurimum hono-  
rando.

D. CYPRIANO REGNERI AB OOSTERGA,  
J. V. D. ejusdemque facultatis in Illustri hac Traject. Acad.  
Professori, Præsidi & Præceptori de studiis meis quam maxi-  
mè merito.

DENIQUE

*Præstantissimo Viro-Juveni*

D. ELBERTO HAMEL, M. C. cognato  
& amico suo singulari.

*Has Turis primitias*

Submissè offert & inscribit

JOHANNES vander STRATEN,  
*Respond.*

TURIS GIBERTI & TURIS  
TRAJECTI AD RHENUM

1711. Jul. 10. c. III.

## Tit. 1. 2. 3. &amp; 4. Lib. 39. Pand.

## T H E S I S I.



*Dl. 1. pr. tit. 1.* quæritur, an impune nuntiatio sperni possit, si certo certius constat, nuntiantem calumniandi causa nuntiasse, vel jus nuntiandi non habuisse? *Aff: arg. l. ult. de jurisdict. & l. Prator. ait. 20. pr. h. t.* Ratio est, quia frustra istius juris liquidatio expectatur, quod liquidum est. *Diff. vide apud Treutl. vol. 2. disp. 18. thes. 1. lit. b. & ibi Bacchov. Fachin. lib. 8. c. 44.* An remissio nuntiationis causæ cognitionem requirat, dicam (Deo volente) *ad tit. de remiss.*

*Ad §. 4. d. l. 1.* quæritur, an quævis nuntiatio die feriato fieri possit, sive per Prætorem fiat, sive per verba & lapilli jactum? *Aff. d. §. 4.* Ratio est, quia magnum alioquin præjudicium contingere posset. *Diff. vide apud Bacchov. ad Treutl. d. disp. thes. 2. lit. g.* An & quatenus die festo fieri queat. *indicavi in disp. ad tit. de fer. & dilat.*

*Ad §. 11. & 13. d. l. 1.* quæritur, an etiam rescienti novum opus adnunciari possit? *Aff: si resciendo pristinam operis faciem mutat, & jus adversarii deterius faciat. d. §. 11.* *Diff. vide apud Treutl. d. thes. 1. lit. d. & ibi Bacchov. Bus. ad l. 20. §. 2. b. t.*

*Ad §. ult. d. l. 1. & l. seq.* quæritur, an & quatenus *dd. textus* conciliari possint cum *l. 1. si usus. pet. & l. un. de remiss.* Sed frustra, quia hodie fructuarius suo nomine cuique, atque adeo ipsi domino novum opus denuntiare potest, vel pœnali mandato

Curia interdicere, ne quid novi fiat in præjudicium ususfructus.  
Vide *Groen. hic. & disp. nostr. add. l. 1. si usus. pet. & disp. ad Inst. 23. thes. 3.* ubi & ipsa quæstio excussa est.

## II.

Ad l. 3. §. 1. quæritur de sensu d. §. sed frustra, quum hodie omnis nuntiatio per prætorem fiat. *Groenew. ad l. 5. §. 10. eod.* Vide tamen, si vacat, *Bacchov. ad Treutl. d. thes. 2. lit. b. Fachin. 8. c. 46.*

Ad l. 3. §. 3. quæritur, an saltem procuratorio nomine inquilinus vel colonus novum opus nunciare queat? *Neg: d. §. 3.* Ratio est, quia ei potestas nuntiandi deneganda est, qui duntaxat jus temporarium & mere personale habet. *arg. l. 1. §. 22. de vi & vi arm. nisi forsitan similis sit superficiario aut emphyteutæ, vel dominus absens sit, & periculum in mora. arg. l. 1. C. si per vim.* Diss. vide apud *Bacchov. ad Treutl. thes. 2. lit. 4.*

Ad §. 4. d. l. 3. quæritur, an incolæ vel peregrini in causa publica jure nuntiandi gaudeant? De peregrinis negatur. *d. §. 4. de incolis affirmatur, quia munera publica sustinent. l. 29. ad l. municip. junct. l. 4. b. tit.* Diss. vide apud *Treutl. d. lit. a. & ibi Bacchov.* Moribus possunt deferre. Ratio est in *d. l. 4. & sic intellige Groenevv. qui dd. textus abrogatos censet.*

## III.

Ad l. 5. pr. quæritur, an ad exemplum pupilli & minor 25. ann. nunciare prohibitus videatur? *Aff: propter paritatem rationis.* Qui enim sub curatore est, non potest se sine eo aliis obligare, aut quidquam agere. *l. ult. §. 2. C. de sentent. pass. & restit.* Diss. vide apud *Treutl. d. thes. 2. lit. a. & ibi Bacchov. Gloss. Bus. ad d. pr.*

Ad §. 2. d. l. 5. quæritur, an & ei nunciari novum opus possit, qui faciendum destinavit? *Aff: si opus ad aliquem actum vel faciem pervenerit. d. §. 2. & l. 21. §. 3. eod.* Diss. vide apud *Treutl. d. thes. 1. lit. d. & ibi Bacchov.* Ad §. 6. vide distinctionem apud *Fachin. 8. c. 46.*

Ad

Ad §. 10. quæritur, an nudis verbis facta nuntiatione, atque adeo translata possessione, nihliominus opus in nostro ædificatum propria auctoritate destruere liceat? Christiano vix in continenti licet, quamvis possessio translata non esset, quia talis destructio non tam defensio quam vindicta est, quæ jure Divino prohibetur. *Luc. 18.* De jure Romano disputo quodlibet. *Diss. vide apud Treutl. d. thes. 2. lit. g. & ibi Bacchov. Buf. ad d. §. 10.* An ergo sola nuntiatio sine satisfactione adversarium possessorem faciat, nihil animadverto, præsertim quum in rei veritate ne quidem conjuncta cum satisfactione talem effectum producere debeat. Quæ enim hæc interpretatio, Titius nuntiavit Sempronio, ne in solo Tiliæ novum opus faceret, ergo tacite Sempronium possessorem facere voluit? Utiq; destinata ad certum effectum & finem non debent operari contrarium, ut vulgo traditur. Vide tamen, si lubet *Bacchov. ad d. thes. 2. Treutl. lit. d. & e.*

#### IV.

Ad §. 14. d. l. 5. quæritur, an nunciens causam suæ nuntiationis exprimere debeat? Neg: licet id ædificans exigat, quia juramentum calumniæ præstat. *d. §. 14.* & quia nuntiatio fit vel simpliciter verbis, vel jactu lapilli etiam puero vel puellæ *d. l. 5. §. 1. & 3.* Atque ita hodie in interdictis servatur. Sane si nunciens in possessione vel quasi sit, & nunciens hoc exprimat, causam nuntiationis dixisse dicendus est. *arg. l. si priusq. 15. h. t. & Clement. appellat. & ibi Gloss. de appell. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 1. lit. e. & ibi Bacchov.*

Ad §. 17. d. l. 5. & l. 8. §. 4. h. t. quæritur, an jure novo satisfactio admitti non possit antequam tres menses elapsi sunt, intra quos controversia expediri debet, atq; adeo jus vetus limitetur & restringatur *per. l. un. h. t. seu l. ult. C. de edific. privat. Aff: d. l. un. cujus ratio videtur, quod occurrendum sit demolitionibus sæpe post præstitam cautionem faciendis. Quare magistratus intra præscriptum tempus cognito jure ædificantis vel nuntiantis*

jus ædificandi citra cautionem admittit, aut prorsus inhibet. Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 1. lit. e. & ibi Bacchov. Fachin. 8. c. 48.* Moribus, quibus intra tantillum tempus lites terminari non solent, ædificans intra 3. mens. de demoliendo cavere & pergere potest. *Groenev. ad d. l. un.* Adde observationes Senatus Pedemontani, quas refert *Treutl. thes. 3. lit. c.* ubi tamen male reprehendit Canonistas, quasi illi post satisfactionem tres menses requirerent. Vide *cap. pen. & ult. ext. h. 1. & Bacchov. ad d. lit. Treutl.*

V.

*Adeand. l. 8. §. 4.* quæritur, an inutilis sit remissio, si nuntiatio teneat? Neg: quia prohibitus pergere non potest, nisi nuntiatio missa sit vel satisfdatum. *l. 20. §. 1. b. t.* Cæterum eandem phrasin alia significatione alibi proponi, latius forsan dicturi sumus ad *d. l. un. de remiss.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 3. lit. e. & ibi Bacchov. Fachin. 8. c. 50.*

*Ad l. 10.* quæritur, an illud novum opus, quod post nuntiationem ignorante domino factum est, dominum suis impendiis destruere teneatur? Aff: *d. l. 10.* sed hoc tamen temperamento, nisi prohibitus statim jus suum edocere possit, sicut & ille jure Can. auditur, qui illico dominium probat, licet ex intervallo adversarium vi de possessione dejecerit, ut dixi ad *tit. Inst. de interd.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 1. lit. f. & ibi Bacchov.*

VI.

*Ad l. 14.* quæritur, an & ille, qui habet servitutem rusticam novum opus nuntiare possit? Aff: si per novum opus non sit sublatus totus usus servitutis, ut est in *d. l. 14. junct. d. l. 1. §. 1. b. t. & l. un. de remiss.* Quid ergo sit vindicare servitutem in *d. l. 14.* cur nesciat Ant. Matt. in *disp. ad h. t. thes. 7.* mirari satis nequeo. Reliquos Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 2. lit. c. & ibi Bacchov.*

*Ad l. 15.* quæritur, an in prima parte *d. l.* agatur de actione negatoria, in secunda *vers:* *Idemque è contrario* &c. de confessoria? Aff: *d. l.* quæ illustratur & explicatur ex definitione actionis negat. & confess. quæ existat in *§. 2. Inst. de act. & in tit. D. si usus pet.*

*pet. & in rit. si serv. vind.* Diff. vide apud *d. Ant. Matth.*  
*in d. disp. 42. thes. 15. & seqq. Bus. ad d. l. 15. Fachin. 8.*  
*c. 47.*

Ad *l. 16.* quæritur, an Prætor etiam non præstita cautione  
permittere possit, ut in opere renuntiato pergatur? Aff: *d. l.*  
*16. & d. l. un. C. eod.* maxime si iusta & publica causa subsit.  
*l. 5. §. II. b. t.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 3. lit. d. Tessauro.*  
*decis. 240. n. 5.*

## VII.

Ad *l. 20. §. 1.* quæritur, an ædificans sprete novi operis nun-  
tiatione ædificatum destruere cogatur, licet litem super negotio  
principali contestatus sit? Aff: *d. §. 1.* Ratio est, quia regulari-  
ter nemo rem suam deteriore facit per litem contestationem *l.*  
*non solet. l. nemo d. R. l.* Deinde attentata ante omnia revocan-  
da sunt. *c. non solum de appel. in 6. & spoliatus ante omnia resti-*  
*tuendus, licet super petitorio litem contestata sit. Clement. 1. de*  
*caus. possess.* Diff. vide apud *Fachin. 8. c. 45.* Sed quid, si mi-  
nor 25 ann. spreverit nuntiationem, potestne contra illum  
contemptum restitui in integr? Eatenus potest, quatenus non  
cogitur demoliri opus, quod inconsulta facilitate ædificasse  
præsumitur. *tot. tit. de minor. 25. aun.* Audiatur itaque iustitia  
causæ, maxime præstita cautione. *d. §. quum minoribus jus*  
*ignorare permissum sit. l. 9. pr. de jur. & fact. ignor.* Diff.  
vide apud *Bacchoy. ad Treutl. thes. 1. lit. f. Fachin. 8.*  
*c. 49.*

Ad *§. ult. d. l. 20.* quæritur, an ita morte nuntiantis extin-  
guatur nuntiatio, ut nequidem pro se & heredibus facta valeat?  
Sed frustra, quum hodie nuntiaro minime morte nuntiantis  
extinguatur. *Groenew. ad l. 8. §. 6. b. t.* Vide tamen, si lubet.  
*Treutl. d. thes. 3. lit. a. & ibi Bacchoy.*

## VIII.

Ad *l. 4. §. 8. rit. 2.* quæritur, an ad cautionem de damno in-  
fecto obtinendam opus sit litem contestatione? Neg: *d. §. 8.* ubi  
dicta cautio tantum pro tribunali postulanda iungitur. Diff.

vide



vide apud *Treutl. d. disp. 18. thes. 5. lit. d. & ibi Bacchov.* Hodie dicta cautio vix Usum habet. *Groen. ad h. r.*

Ad l. 7. pr. quæritur, an tria vel duo hic deereta videantur? Sed recte hanc quæstionem frigidam & jejunam appellat *Bacchov. ad Treutl. d. thes. 5. lit. d.* Eiusdem utilitatis hæc controversia est, an actor ex primo decreto in possessionem missus possidere intelligatur, quia hodie non mittitur, licet vicinus cavere non lit, sed protestatio contra non caventem adhiberi solet. *Groenew. d. loc.* Cæterum exercitii gratia dico eum possidere naturaliter seu corporaliter, quæ species possessionis est. l. 10. C. de adq. poss. atque adeo tali missio & de possessione dejecto tribuo interdictum unde vi. l. 1. §. 9. de vi & vi armat. Diss. vide apud *Treutl. d. disp. thes. 6. lit. a. & ibi Bacchov.* Multo magis interdict. unde vi vel uti possid. concedendum est ei, qui propter executionem sententiæ ex primo decreto missus est, vel etiam ob aliam victoriam ex officio Magistratus in universitate bonorum, vel in res aliquas non adjudicatas. dd. ll. junct. l. 13. §. 3. C. de judic. Diss. vide apud *Treutl. d. thes. 6. lit. a. & ibi Bacchov.*  
Ad l. 13. §. 1. vide *Bacchov. ad Treutl. d. thes. 5. lit. c.* quia nec satisfactio nec repromissio in usu est, ut modo dixi.

#### IX.

Ad l. 15. §. 16. quæritur, an missus ex secundo decreto fiat dominus Prætorius? Aff: d. §. 16. 17. 33. d. l. 15. & l. 44. §. 1. ead. Habet rei vindicationem. l. 7. §. plane 9. comm. divid. ergo dominus est. l. 23. pr. de rei vind. Quin in ipso prædio dotali dominus efficitur. l. 1. de fund. dotal. Diss. vide apud *Treutl. d. thes. 6. lit. c. & ibi Bacchov. Bus. ad l. 5. h. r.* Sed quæritur, an solo lapsu temporis verus possessor efficiatur, qui propter contumaciam rei ex primo decreto in possessionem missus est, an vero opus sit secundo decreto tam in actione reali quàm personali? Sed cum hodie ob contumaciam reorum actores non mittantur in possessionem bonorum, sed contra contumaces procedatur ad sententiam. *Groenew. ad tit. C. de bon. auct. jud. possid.* non lubet hanc quæstionem, vel similes altiori examine excutere.

Vide

Vide tamen, si lubet, *Treutl. d. thes. lit. c. & ibi Bacchov.* Sane solum mendacium vel solam contumaciam rei non esse iustam causam transferendæ possessionis in actorem, dixi in *not. & disp. ad l. ult. de rei vind.*

Ad §. 21. d. l. 15. quæritur, intra quod tempus secundum decretum de damno infecto interponi debeat? Dixerim hoc arbitrarium esse. d. §. 21. & *pr. d. l. 7. eod.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 6. lit. b. & ibi Bacchov.*

Ad l. 32. quæritur, an socius socio de damno infecto cavere teneatur? Neg: d. l. 32. & l. 40. §. 1. eod. Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 5. lit. f. & ibi Bacchov. Busi. ad l. 39. h. t. Zoef. ad eund. num. 11. & seq.*

#### X.

Ad l. 1. §. 1. l. 14. §. 2. tit. 3. quæritur, an & hoc edictum de aq. pluv. damnum futurum respiciat? Aff: *dd. ll.* Diff. *Duar. c. 2. hic.* An vero hæc actio de aq. pluv. sit civilis vel prætoriam, an ex edicto vel interdicto sit, vel non sit, vix disquisitione dignum videtur. Sed ex edicto dictam actionem esse, apparet ex l. 7. *pr. damn. inf. junct. §. 2. d. l. 14. h. t.* Diff. *Bacchov. & Alii,* quos refert *Bacchov. ad Treutl. d. thes. 7. lit. b. Zoef. hic.*

Ad l. 3. §. ult. quæritur, quomodo d. §. concilietur cum l. 22. eod. & an fructuarias nomine proprio hanc actionem instituire possit? Sed frustra, ut dixi ad l. 1. §. ult. *de oper. nov. nunt.* Vide sis tamen *Treutl. d. thes. 7. lit. b. & ibi Bacchov.*

#### XI.

Ad l. 1. tit. 4. quæritur, an publicanus in foro conscientie teneatur, si vectigal exigat, quod manifeste injustum est? Aff: quia quisque suam conscientiam excutere debet, & facti sui Deo rationem reddere. *Matth. 12. & 18.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 8. lit. b.*

Ad §. 4. quæritur, an hæc actio arbitraria sit? Aff: d. §. junct. l. *redhib. 45. de adilit. edict.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 8. lit. d.* Usus in *not. nostr. ad §. 31. Inst. de act.*

Ad l. 9. quæritur, an & quando posterior licitator vincat prior

B

rem?

rem? Sed de hac quaestione egimus in *disp. ad l. 9. de in diem ad-*  
*dict.* Vide *Zoef. ad h. t. num. 17.*

Ad *l. fin. §. 9.* quaeritur, an Studiosi privilegium, quo immu-  
nis est à vectigalibus, in non privilegiatum transferri possit?  
Neg: quia est personale, quod non transmittitur. *l. privilegia*  
*196. de R. I. Diff. vide apud Treutl. d. disp. thes. 9. lit. e.* An em-  
ptor vel venditor gabellas solvere teneatur, æstimandum esse  
ex Moribus regionum & populorum, recte scripsit *Bacchov. ad*  
*Treutl. d. thes. 8. lit. b.* Vide tamen *Facchin. §. i. c. 58. & seq.* An  
collectæ & vectigalia differant, an jure regalium imponantur,  
dixi ad *rit. quod cujusq. univers. nom.* Adde *Bacchov. ad Treutl. thes.*  
*8. & thes. ult. d. disp. 18. Zoef. ad h. t. n. 11. & seq.*

F I N I S.